Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nikolaus Marschalk

# Mons Stellarum.||(REs a iudaeis perfidis=||simis in monte Stellarum gesta: ad || illustres principes Hinricum:|| et Albertum germanos: duces Megapolen||ses inclytos:|| ab egre||gio || viro Nicolao: Marscalco: Thurio: LL: et Ca||nonum doctore nuper verissime scripta: obi||ter#[que] miracula inde facta: et perfidia iudaeo=||rum maxima.||)

Rostock: Dietz, Ludwig, 1512
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn869495224

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn869495224/phys_0001

Paläotype
MK 12246 [7]

# Mons Stellarum.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn869495224/phys_0005

# Es a iudæis perfidiſ-
# ſimis in monte Stellarum geſta: ad
# illuſtres principes Hinricum:
# et Albertum germanos:
# duces Megapolen
# ſes inclytos:
# ab egre
# gio

viro Nicolao: Marſcalco: Thurio: LL: et Ca
nonum doctore nuper veriſſime ſcripta: obi
terqꝫ miracula inde facta: et perfidia iudæo-
rum maxima.

Rostock 1512. 1ma April.

[Rostock: Ludwig Dietz 1512]

Pridie Cal. Aug. 1512.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn869495224/phys_0006

a Nnus agitur ferme vigeſimus: principes illuſtres: ex quo: genus mortalium impium ac perfidiſſimum: Judœi euchariſtiam noſtri redēptoris Chriſti manibus ſuis ſanguinariĳs inuaſerunt: et monumentum hoc ſacroſanctiſſimum religionis noſtrœ Catholicœ: eulogio ſupremo ab eo in cœna relictum: in quo ſanctus ille ſanctorum finem eſſe voluit inſtrumenti veteris: et exordiū noui: abrogatis ita demum gentꝫ eius ſceleſtiſſimæ legibus ac priſcis cœremonĳs: per ſummā perfidiā in monte cognomēto Stellarum ſub ditione veſtra tā cruciabiliter lancinarunt. Quœ res quamuis tot fuerit ante annis geſta: nullo tamen certo adhuc authore in lucem prodĳt: quam tāto libentius poſteritati īcorruptam tradere inſtitui cum miraculis quœ a tēpore eo ſunt inſigniter inde facta: quanto ſcio magis fidem habiturā eam cui minime poſſit a quoquā refragatum iri: ꝙ veſtra nuncupatione litteris chalcotypis publicatur: tametſi non parum ad operam hanc nauandam ipſum me moueat: et loci ſanctitas: et miracula frequētiſſima: mortaliumqꝫ vndecumqꝫ populariter accurrentium ſedula de re percōtatio cuius deſyderantur veri denarratores. Sed enim vt rem omnem a principio: vt eſt geſta:

referamus. Judæi impientiſſimi: qui nõ tm̄
de pernicie: ſed toto etiaꝫ interitu religionis
noſtræ Chriſtianæ quotidie cū diris impreca
tionibus moliuntur: euchariſtiam eam par
uo ære coemerūt: ab infœlice quodā viro: of-
fitio ſacerdote: nomine Petro: cognomento
Dauo: vitæ licentioſæ: et opinionis parum
apud graues probatæ: ſuperqꝫ hæc litterarū
pene ignaro. Solet res ea ordinis eius viris:
quom præter propter vitā viuunt: eſſe plerū
qꝫ per otiū ipſum iners ac ſegne occaſio præcī
pitij oportunior ad flagicia. Nam quomho
mo ille infœliciſſimus nullum facinus egre
gium meditaretur: et per aſotiam immodi-
cam: rebus ſuis propemodū diſperditis: huc
lapſus eſſet: vt Eleazaro: mōtis eius accolæ:
profeſſione Judæo: et fœnus ibi publicitus
iudæorum more exercenti: ollam paruā ære-
am pignori: ad explendam deinceps ingur-
gitationē voluptariā: dare cogeretur pro ſo-
lidis: vt appellant: Lubecanis non amplius
quattuor: quæ eſt aurei Renani tantum ſex
tula: dū ſoluendo non eſt: pro ære alieno tam
pauxillo: authorem/proh dolor/mundi ho
ſtibus perfidiſſimis: qui odio eum genuino
īmerito inſectantur: tradidit. Angebat enim
hominē infœliceꝫ ollæ eius: qua ad vſuꝫ quo
tidianū egebat: deſyderiū prælongū: ac inſpe
ratū: nec minus eū interim conturbabant li

tes domeſticæ:malū ſacerdotum taliu[m]
petuum:quas:honor ſit auribus veſtr[is]
gio plerūqꝫ aſperiore:vt fere fieri ſolet:cuꝫ ob
alia:tum ob fœnoris in horas gliſcētis acceſ-
ſioneꝫ duriter ferebat ab incubina:cuius ea
olla erat:ebrioſa et phama pax integra:quæ
non ita multis ante diebus:ob conuicia in-
tolerāda:domo ab eo pulſa:īuita exulabat:
qua carere miſer omnino voluit:nec carere ta
men potuit:Et q̃uis mille modis animus
miſeri hom̄is:conſilij inops et anceps modo
huc modo illuc fluctuaret:nihilo tamen res
eius meliores fiebant:nec liberare ſe pacto vl
lo moleſtijs eis poterat:ita eum vrgebat infa
mis inopia. At Eleazarus:vt ſunt iudæi in
genio om̄es vafro:de geſtu calamitatē agno
ſcens cogitare ſedulo et optare vt facultas ſi-
bi aliquādo daretur familiariter cum eo lo-
quendi:habere pro re maxima:ſi hoc ſibi cō-
tigeret:ſperās facile fore:vt homo cogitabū-
dus et malis tātis quoqꝫuerſum anxius:eu
chariſtiam ſibi verbis ſacris ritu chriſtiano
initiataꝫ aut recepto pignore traderet:aut:ſi
parum hoc proſpere procederet:auctarium
ei polliceri vellet:quod ſi faceret:non dubita
ret haud grauate ſibi eam venditaret. Vellet
omnino dare operā vt eā nanciſceretur:nec
quoquo modo ea carere:q̄ nupcias filie:quæ
inſtabāt:et iam prope in foribus erant cōui-

[..]oderet feſtiuiores: veluti thæſauro quo[dam]
[ca]rentiſſime iam inde a multis annis
gentis ſuæ comprouincialibus cõſpecto. Nec
eum fefellit ſpes. Oblata em̃ peroportune oc
caſione presbyterum eum humaniter cõpel-
lare: de preſenti eum miſeria blandienter ver
bis ſolari ſubdolis: ĩterrogare eũ de ære eius
alieno: quãtum illius ſolutum: quãtum ad
huc ĩ reliquatione: dicere: ſe miſerari eius for
tunam: quam ex vultus deformitate agno-
ſceret: polliceri inopiæ ſe eius ſuppetias latu
rum: modo talis ſit: qui dicẽda: vt cunqꝫ eue
niret: tacere velit: nec ceſſare donec permoue-
rit ſuadela in rem præſentẽ valdeqꝫ illice: nec
quã ſacerdos contemnẽdaꝫ duxerat: quippe
qui et quæ dicere Judæus vellet de verboruꝫ
ambagibus nõ difficult͛ ſuſpicabatur: et ta-
lem multo ante ſæpe conditioneꝫ dæmonis
cuiuſpiam mali ſuggeſtione ex animi ſenten
tia optauerat: ideoqꝫ nihil cunctatus licenti
am ei dedit: vt quæcunqꝫ cordi eſſent confidẽ
ter diceret: affirmans iureiurando ea ſe con-
celaturũ. Animaduerterat iudæus: ſacris no
ſtris aliquãdo de ĩduſtria præſẽs alterã eẽ po
puli ĩ ſacrificãdo formulã alterã ſacerdotũ: vt
pote qui azymis paulo maiuſculis ĩmolant
Proinde de vtriuſqꝫ perſuaſione certior fieri
cõcupiſcens ſacerdoti ſuaſit: ſi ollaꝫ ꝑꝑt͛ quã
probris tot in dies magis ac magis vexare-

tur:liberatam vellet:eucharistiam ſibi et cle-
ri more:et populi:rite tamen formula vtra-
qʒ imbutam traderet. Quæ ſi ex fide omnia
faceret:ſpōderet ſtipulanti aurei vltro dimi-
dium cum olla ei ſe redditurum. Homo īfœ-
liciſſimus paruulo ære irretitus:nihil repu-
gnans:nec vltra licitās:deierat ſancte ſe vni-
uerſa egregie facturum. Nec ita multis inter
iectis diebus:anno a natali Chriſtiano ſcdo
et nonageſimo ſupra milleſimuʒ quingēteſi-
mum:pacturus rite ſacra ī baſilica ibi diuæ
virginis deiparæ ad Idus Julias ſextum:
qui dies ē Julij menſis decimus:nobis alio
qui perinde inſignis a diuis ſeptem fratri-
bus Januario:Fœlice:Philippo:Siluano:
Alexandro:Vitale:Martiale diuæ Fœlici-
tatis filijs:qui fidei noſtræ die eo ſanguine
ſuo ſub Antonino principe ſubſcripſere:
quom clanculum e pyxidicula:quales fere ī
ſacrario ī omnibus ædibus ſacris habētur:
azymos tris deprompſiſſet:eccleſiaſtici hoſti-
as vocant:non ſine victoræ ratione:nomine
ex antiquitatis ſinu recepto:præter ſuā quā
ſuperne:vt populo circumſtanti oſtentaret:
locauit:duas vtroqʒ ritu concinnatas ſub
byſſo occulte conditas:paribus verbis ac mē-
tis inſtituto ratas ſacraſqʒ fecit. Offitio rite
peracto laciniam panni ſerici protritam ab
ara diuorum trium magoꝝ dependulā fur-

rim/celeriterqʒ abſcidit:reuerſuſqʒ ad aram
in qua immolauerat:hoſtias:quas ſub can-
dido condidit:in laciniam eã conuoluit:po-
ſtridieqʒ eius diei ad Iudæũ itans:vitabun
dus:quom ante retroqʒ bene circũſpectaſſet:
et neminẽ adeſſe ſenſiſſet:tradidit ei rerꝝ opi-
ficẽ omnium:cui mundana pariter et vltra
mundana parẽt taʒ cõtemptim proiutum:
et ollam ab eo receptam lœtus repedans do-
mũ reportauit. Quis rogo eſt:qui mirari ſa-
tis ſaluatoris noſtri benignitatẽ taʒ eximiã
queat:qui ſemel ac turpiſſimo quidẽ mortis
genere inter cruciatus infandos patris opti
mi maximi iuſſu volens pro nobis paſſus:
ſciens: vt eſt ſecretorꝝ omnium cognitor cer-
tiſſimus:a ſacerdote facinus impĳſſimum
quod facturus erat ſciente:ac indigniſſimo:
non eſt dedignatus verbis:quæ ſuis ĩ cœna
ſuprema prodidit:cæterũ cũ charactere numĩ
nis ſacro:de regnis vltramundanis in myſte
riorũ adyta deuocari:lõge minore ſe præcio:
ꝙ quom in ſpecie mortalitatis orbeʒ terrarꝝ
ob noſtrã omnium quondã inerraret ſalutẽ:
iteruʒ venundari:diriſqʒ iterum maledictis
execrari:ſtimulis crudeliſſimis lancinari: cõ
uiuioqʒ nupciali gẽtis inimicæ ſpurciſſimo
ridiculariũ eſſe. O dignitatem ſacerdotum
ampliſſimã:et ordinem eorum ſancte venerã
dum:cuius ſi poteſtateʒ extimamus nec Cæ

ſaris ad eum maieſtas: nec regum aut princi
pū ſerenitas: nec terrenoꝝ deniq̄ quiſquā: vt
cœlites omittant: vnq̄ poterit cōparari: mor
talium certe omnium longe beatiſſimos: ſi
non alium faſtus: alium luxus: et bonā ma
gnāq; eorum partē rerum deo dicatarum ap
petentia īmodica inceſſeret: cum iactura aca
demiæ chriſtianæ inſigni: et vi mortalium ī
genti: quaſi vero nulla ſit rerum earum poſt
hac ratio reddēda. Sed miſſa faciamus iſta.
Eleazarus complodere manibus præ gaudio
dolos ſuos malos mirari: placere ſibi: ob ho
ſtem: quē precio tam paruo nactus eſſet: glo
riari: et iactitare ſe vxori: oēmq; ei rē referre:
ei ſoli illum concredere: quæ manibus impu
riſſimis mundi precium contrectans: vaſi: ī
quo plumæ: culcitris forte et accubitalibus
tomentulum: in loco tenebroſo ſupra hiber
naculum adſeruabantur: nimium q̄ irreue
renter: muliebri etiam conuicio inſectata il
latebrauit: et quaſi carceri: vſq; ad tēpus nu
ptiarum filiæ: mancipauit. Vbi vero appa
ratus ipſe nuptiarum inſtructus iam ſtetit:
Eleazarus primoribus gentis contribulis:
qui aderant: declarare fortunā: quā de hoſte
nactus eſſet: iubere bono eos animo eſſe: ha
berent nunc: quem tanto deſyderio expectaſ
ſent. Qui gaudio feſti rumoris alacres facti:
et quaſi extra ſe poſiti: nō modo non factum

improbarunt:ſed aſtus etiã eius in cœlũ lau
dibus extulere:maxima cum gratulatione
in vicem eum plauſibiliter proſequẽtes. Nec
aliud:q̄ copiam ſpectandi hoſtis omes orã-
tes. Maior enim iam eos cupido explendæ
in eũ ſuae voluptatis tenuit:q̄ tota pompæ
nuptialis feſtiuitas Nihilo tñ ſetiuſ egregia
illa ſponſa ſub epulum inſtituto gentili per
Hymenæos priſcos pompatice iniciata eſt.
Adpoſita dein cœna centenaria:cõcinnata de
lucro fœneraticio a noſtris vndecunqꝫ corra
ſo:epulatum non ſine ſaluatoris noſtri: quẽ
vinctum tenebant:noſtræqꝫ religionis igno
minia inſigni:vt ẽ mos eoꝝ auitus: ĩ oĩbus
nobis ſuis ſympoſijs male precari:rogareqꝫ
vt ipſis ac liberꝭ ſuis ſupſtitibus res chriſtia
na piclitetꝫ. Citatus ſœpiuſcule inter epulãdũ
a primoribus Eleazarus vt finẽ faceret epu
lãdi: maturato aiebãt opus eſſe:alia ſupeſſe
q̄ erãt magis e re futura: ſe habere p negotio
maxĩo:ſi nauitꝫ ea expedirentꝫ:iteꝝ iteꝝqꝫ ce
lerãtes neqꝫ eſitare neqꝫ potitare poterant:tã
tus carnifices eos ardor cœpat ĩ authorẽ mũ
di ſæuiendi. Poſita itaqꝫ menſa:vix bene re
poſitis analectꝭ:crepuſculo lucꝭ Venerꝭ: q̄ dĩ
ui Jacobi ferias anteceſſerat : quom totæ lu
cernantꝫ ædes:fœminis:pueriſqꝫ patrimis ac
matrimis choreæ licẽtioſiores cõdonatae:ne
qua oriretur ſuſpitio:reliquis ad rẽ pagẽdã

viſis idoneis vocatis in ſynedriū: vna oībus
mens erat: nō tā dedecore opifici mundi illu
derent: q̄3 diuinitatē eius experiri: quē deum et
hoīem peripheria tā parua cōprehēdi poſſe:
præter q̄3 q̄ de re ea periculū ſæpe a ſuis factū
ſciebāt: ex ſupremis teſtamēti eius verbis p̄
be norant. Nec mora anteſignanus Eleaza-
rus ſi oībus īquit placēt: quæ peragēda: iure
iurādo opus ē: ne poſt factū pœnitētia īceſſat
Tū vero lympholenti illi vno oēs ore: q̄ſi ho
ſtes belligeraturi: militariter chirotōia et digy
tis eleuatis in dicētis verba cōiurarūt. Qd vbi
factū: cōſēſere hoſtē ſuū ac gētis ſuæ: q̄ oēs ſibi
ſalutē ī mōdo hoc īferiore abſtuliſſet: aciculis:
p̄ peripheriæ in q̄ cōcluderetur: paruitate: aut
ſubulis mucronatis cōfodere: alioq̄: ſi maior
eēt: aut caſu aliquo fieret: ſcirēt eī polyphor
mē ſe illū poſſe facere et maioreſ ſuos ſæpe lu
dificatū: nec enſes ſibi nec ſariſſas defuturas
Vellēt nō vno pœnarū gñe in eū animaduer
tere: ſētiret ſe eē viros: nec a gente ſua degene-
res: et q̄ inter mortales quōdam agens ab An-
na: Caipha: ac cæteris pontificibus ſub Pō
tio Pilato præſide, eſſet Solymis ignomi-
nioſiſſime turba ſuorū: maxima in corona:
aſtante paſſus: eadē nunc nec minora ſuppli
cia expectaret: quādo et loci: et tēporis adeſſet
oportunitas. At ne turba: q̄ magnis ſæpe ne
gotijs impedimēto eſſe ſolet: rē turbaret: cæte

ris miſſis quinqꝫ ſunt ex omni numero de-
lecti facinori ſceleſtiſſimo pagẽdo: inter quos
primæ authoritatiſ Eleazaruſ peculiari ſuo
iudæorum ſacramento cõſpirare cæteros co-
egit: omnia ſe ſtrenue nauaturos: nec ab inſti
tuto ſuo tã ſacro: aut precibus hoſtis: ſi quæ
forte audirentur: aut minis ad vllam vel hu
manitatis: vel puſillanimitatis rationem ſe
defecturos. Euchariſtiam ipſam dein ſacro-
ſanctam vtraqꝫ: vt ab infœlice ſacerdote acce-
perant formula: iiſdem in laciniis: quibus
erat primiter tradita: irreuerentiſſime vultu
pariter et voce minaci in menſaꝫ: accenſis iaꝫ
ad facinus impiiſſimũ cæreis: coniectarunt.
Et mox Eleazarus manipulus carnificum
ſcrarum ante alios plenus: cultro pro ſubula
per amentiam in manus hoſtiliter correpto:
authorẽ ipſum mundi pacientiſſimũ quidẽ
ad amuſſim præcordia eius ſanctiſſima autẽ
diuſcule appetens: vno ſtimulo crudeliſſime
ſine vlla cõmiſeratione tranſfixit: cuius di-
uinitatẽ iuſta et humanitatem cõfeſtim: hor
ribile dictu: teſtatus eſt ſanguis rutilus: quẽ
per pannũ triplicẽ ab hoſtia vtraqꝫ ſacra ad
menſæ vſqꝫ aſſulam ſupernam demanauit.
Quo viſo oſtento hoſtes forticuli: mente per
culſi præter opinionẽ tam leuiter fuſi: i terga
oẽs retro fœde ceſſerunt: tãta erat inuiſi eti
am numinis potentia. Terrore eo maximo

de menſa a numine deturbati haud ſciuere vbinã eſſent:aut quidnã agerent.Adeo enim eos timor præſentis numinis iuaſerat: vt eſſent pene exanimes:donec ad ſe rediẽs Eleazarus:author tanti facinoris:egre ſeſe attollens:manu reliquos colligeret:et animũ eis: ne deſperarent:faceret.Subſtitere tamen alĩ ꝗ̃diu deſixi:paulatimq; mutuo ſe ſpectãtes muſſitabãt:fractis vero reliquorum animis nemo iã eorum cõmittere in numẽ deinceps audebat:tametſi ab authore ſceleris ſæpe rogarentur. Iam vero Eleazarus:ſiue pro ſua religione cæteris conſtantior:ſiue ne ſceleris patrati ſolus apud mundi authorem reus haberetur:puſillanimitatẽ eorum coarguere:dicere:ſe non putare:eos tales eſſe:qui fidẽ ſancte datam fallere vellent:reuocareq; ſuper omnia in memoriã ſacramentũ per numina priſca factum:quod ſi peierarent:ſcirent ſe extorres futuros a deliciarum horto et omĩ fœlicitate ea:quã poſt mortẽ opinionis ſuæ omnibus:qui fuiſſent conſtantes:princeps gentis Nabrahamus repromiſiſſ; : ſuaſitq; talĩbus deliramentis:ac tandẽ perſuaſit : vt tris ex nũero reliquo:aĩo reſũpto : pari dementia ſtimulis ſinguli ſingulis ĩmaniſſimis hoſtiã vtrãq; ꝑfoderent : quæ ſanguinẽ ſimilit̃ rutilum emanarũt ſuum cuiuſq; vulnus ſeparatim teſtantes. Supererat quintus: om-

nium maxime iuuenis: qui manibus ac pe-
dibus reluctatur: ſiue id miſcdia: ſiue de nu-
mīs maieſtate factū incōpertū habeo: tantus
certe eū terror cœperat: vt abſtinēdū ſibi dein
ceps nec quicquā vlterius aduerſus numen
tentādum duceret. Verū enimuero a cōſciis car
nificibus ſanguinaria adhuc cæde nō ſatis
pollutis puſillanimitatis primulū: mox iu
riſturādi admonitus aliquātulū reſipit: et
quom deinceps fidei noſtræ chriſtianæ placi
ta alii acerrime refellerent: ac dicerent: iuſto ſe
odio in hoſtē ſæuire: qui ferre a ſe talia coge-
retur: nō: vt putaret ipſe: vltro pateret: aſſeue
rarētqȝ inter hæc nihilo cruēta verenda illa
vulnuſcula: cui multo maiora īter ſuos agē-
ti īpune tēporibus antiquiſſimis ſuperiores
dediſſent: vix ſero tandē ꝑſuaſere vt glorio-
ſum ante latrunculum: qui oīm ſe maxime
egregiū facinus facturū iactitauerat: iā timi
dulū: et titubātē: pedibus præ timore lapſitā
tē: ad ſtimulū coegerint: quē mox quoqȝ ſan-
guis rutilus ꝯſecutus ē: ſuo cuiuſqȝ ſtimulo
ſeorſum extante: vulnere etiānum ſuo cuiuſ
qȝ rutilāte cōſpicuo. Et iā explcuiſſe ſe ſatis
voluptatē ſuā arbitrabātur: quom mdi ipſi
us opifex plagis tā diris deformatus in pe
ripheria maiuſcula numine ſuopte ſeſe cubi
to ſupra menſaz altius efferret: et circumcirca
miſerādus volitās aſpectu ſolo oēs in tantū

terreret: vt prorſus veluti exanimes: ſupinī
ī terrā: fulgure ac tonitru ictis ſimillimi: rue
rēt. Phæbum ac Phæben putātes: elemētaq;
oīa peſſum itura: diēq; aduenisse mūdi ſupre-
mū Cæcutiētibus tñ eis ſurſum: pauore pau
lulū amoto: viſus ē eis opifex mūdi īuiſibi-
lis: de gyro quē circūuolitādo fecit: minitātī
ſimilis: qui paulatī vētilare deſinens: vola-
tu ſeſe præpeti demittebat locumq; mēſæ ca-
peſſebat priorē. Egre poſt attollētibus carnī
ficibus ſe: certatimq; elabentibus: nec aliud
optantibus q̃ vt praeſens periculum euade-
rēt: iurātibus p̄ numina ſua priſca re infecta
ſe nihil talium vnquā cœpturos: Eleazarus
horrore præter cæteros immenſo ſollicititior
et tardior locum relicturus vltimus: ſeu nu
minis voluntate compulſus: ſiue timore ſu
bitariæ vindictæ supplex: ſiue deniq; ho-
ſtis ſortem indignam miſeratus: retroſpexit
paululumq; animatus: oculis auerſis: ſpe-
ctaculum miſerādum laciniarum iniectu p̄
texit: et raptim ſecum ferens: vbi ad vxorem
quæ anxie finem rei morabatur: venit: et il-
la q̄reret quur eēt ſolito triſtior: metu et pudo
re cōfuſus oēs ei rē: vt geſta erat: trepide cōme
morauit eiq; cōſciæ ſpectaculū tā lachryma-
bile cuſtodiēdū demādauit. Nihil inquit no
bis poſt hac cū deo Chriſtianorꝝ. Nec āplius
feſtinæ fuere nuptiæ: Eleazaro inter primos

ſollicito. Peregre poſt in dies paucos Eleaza
rus abiturus: iuſſit vxori: ſi cōmode: et abſ-
qȝ ſuſpitione fieri poſſet: preſbytero ſuum de
um redderet. Nec ita multo interiecto tempo
re traditor infœliciſſimus toto interea aīo tri
ſtis: vt pote quē ſollicitudo perdia ac pernox
vexabat: queȝ et timor et pœnitentia iugiter
ſollicitabāt: apricaturus in area ibi arcis ve
terrimæ: et dirutæ: cuius reliquiæ paucæ: et
ruinoſæ extabāt: haud ꝓcul pomœrio: quæ
armis domum Stargaciā illuſtrem refere-
bant: quom hīc inde: vt ſciret aliquādo quid
factum eſſet: cogitabundus deambularet: et
vxor eum Judæi ſceleſtiſſimi forte conſpice-
ret: miſſis illa rebus omnibus: mundi preci
um in periſcelide muliebri parum reuerenter
ita vt erat crudeliter in laciniīs inuolutum:
ad ſepem: quæ aream cinxit: ferēs: ei ad ſe vo
cato: vbi de ſubtus veſtes ſpectaculū deprōp
ſit: En ait deum tuū: Tua intererit cuſtodi-
re: ita iuſſit maritus abiturus peregre. Nul-
la nobis vnꝗ̄ ſalus a deo iſto. Talibus ei
mundi opificē trans ſepeȝ die ipſo Martis:
qui diui Bartholomei natales annūciarat:
porrexit: cum laciniīs multo cruore fœdatis
in lychnucht ſcilicȝ capite implicitū. Lychnu
chum Plynius vocat: quā laternā nos. Quo
recepto: et mox ꝗ̄ de loco pedem moueret re-
ſignato: quom vidiſſet ſpectaculum tam for-

midabile:manibus iudæorum ſceleſtiſſimis
ſaucium et ſacro adhuc cruore reſperſum:pa
rum abſuit:quin in media area amens con-
cidiſſet:ad ſe tn̄ rediens:illico amare illachry
mari cœpit: obteſtans ſaluatorē generis mor
talis:ſi non a ſe facta eſſent:q̄ facta: ſi orbis
etiam totus ſibi promitteretur:et Judæi om
nes vas ſponſoreſq̄ fierent:nūq̄ ſe futurum:
qui talia auderet:deum optimum maximū
ſuppliciter veniam orans:propiciatores di-
uos omnes ac diuas comprecatus ē:deteſtās
Judæos: quos vt carnifices ipſos ꝑpetuo ſe
auerſaturum religioſe vouit. Poſteaq̄ vero
dementiam ſuam ſatis bene:vt tempus fere
bat:cū lachrymis et multo hululatu deque-
ſtus erat:vt vitæ ſaltez conſuleret:duxit neu
tiq̄ Judæis reddendum ſpectaculum cruen
tiſſimum:ſed domum ferendum.Sperabat
vellet id cum memorabili ſibi a ſeipſo indi-
cta pœna poſtridie:quom immolaret: impu
ne abſumere.Scire ſe exemplis minime du-
bijs deum omnium conditorem eſſe miſeri-
cordem et clementē:qui nihil petētibus dene
garet:quiq; haud difficulter omnia perperā
commiſſa dolenti remitteret.Si paſſus fuiſ
ſet verbis ſe ſacris de throno vltramundano
auocari:a iudæis perfidiſſimis tam dire lan
cinari:et ludibrio nuptijs ſpurciſſimis eſſe:
ferret facilius a pœnitente ſumi. Si a ſe ab-

ſumptus eſſet: nihil iam eſſe reliquum ĩ quo deſperaret. Sꝫ nõ ita viſũ optimo maximo. Neqꝫ enĩ abire miſero de area licuit: neqꝫ: vt voluit: ore ibi polluto abſumere: quod quã-q̃ſ ſæpiuſcule tentaſſet: nullo tamẽ modo poterat: diuis etiam omnibus religioſe per vota inuocatis. Jam vero terrori a numine terror additus hominẽ miſerrimum penitus reddidit amentem: deſperatione enim ſubita mox in terram cecidit. Præſentis tñ periculi memor celeriter ſe erigẽs poplitibus humi incumbens foueam in loco temporariam fecit: et inibi ſpectaculum lachrymabile: ita vt erat in lychnuchi capite cum laciniis vilibus inuolutum: cõdidit: ruderaqꝫ et terræ puluiſculos vndiqꝫ conuerrens cõtumulauit. Locum vero ſignauit ramo: quem de frutice proximo manu concerpſit: vt ſi neceſſe eſſet agnoſceret: deindeqꝫ abiit: numine vlterius non prohibente. Nec dici poteſt quãtæ mox hoĩem exercere cœperint anguſtiæ: aderant ſyntereſi eius teſtes: ita licet dicere: amplius mille. Terrebant inſomnia: ſollicitabat ſine intermiſſione facinus: quod fecerat: ſceleſtiſſimum: non vno quidem piaculo expiandum. Verebatur patrator ille miſerrimus: ſcelus impientiſſimum author mundi inultum non tranſiret: quod ſi homines tacerent: non tacerent animantes. Et

Quis conaretur ſæpe enixe ire ac refodere:
defuit tñ ſꝑ ei facultas:diuina:vt ſuſpicarĩ
licet:volũtate. Vota licet ꝑſolueret: nouis ſe
obligaret: nihilo tñ melius res eius ꝓceſſere
Vbi vero nulla iã deinceps aĩo trãquillitas
dabaꝭ:viris quibuſdã ordinis ſui ĩquietẽ ſu
am lachrymabundus denarrauit: rogauit
impenſe mæſtitudinem ſuam miſerarẽtur:
aſpicerent maciem quam ex inedia et tri-
ſticia ferret: quæquidem non ambigue ex
hominis mutatione ſubitaria deprehende
batur. Qui vbi cauſam tanti mali requi-
runt:dixit: ſe a ſpiritu quopiam per ſom-
num ſæpe iam inde aliquot noctibus ex-
uſcitatum: pene vigilantem ſe vidiſſe ſacer
dotem leuitis duobus honorifice comita-
tum: qui ſedulo ſibi acclamaſſent: audiret
ne: audiret noſtri redemptoris corpus ſa-
cratiſſimum eſſe in area ibi arcis tumula
tum. Juberent: iret: reuelaret id Præpo-
ſito: vt appellant: Suerinœo: terræ dein
principibus: veller illud omnino refoſſum
exaltari:et in ædẽ ibi diuæ virgini ſacraꝫ re-
ferri. Nec eum fefellit opinio: magno ta-
mẽ ſuo malo. Senatus eñ tẽpli Suerinæi
triſte illđ nunciũ audiẽs:mox ei ſacerdotẽ vi
tæ eximiæ:ac mĩme ſuſpicioſũ ꝑ noctes iu-
giꝭ quaſdã ſociũ dedit:audiret:ſi qua talia a
ſpiritu annũciarẽtur. Qui calldide omnia

noctis momenta obſeruans:vbi nec ſpiritũ
ſe audiſſe:nec ſigna vlla ſe animaduertiſſe re
nunciauit:et hominem infœlicez talia haud
dubie cõfingere aſſeuerauit:timoꝛ maioꝛ re-
um peruaſit. Pꝛo humanitate tamen ſua
omnes eum tanq̃ iniuſta præſumentem du
riter increpitant Jubent eum ſilere deinceps
cautim dicentes de rebus diuinis:et cuncta-
tius loquendum:in eo præſertim genere. Sz
nec humanitas vlla nec ſedula commonefa-
ctio hominem infœliciſſimum:quem terricu
lamenta non inania pꝛope deſperabundum
in hoꝛas cruciabãt:potuit ab inſtituto reuo
care:quin re vera compꝛobare vellet:non va
na eſſe:q̃ rettulerat:bꝛachiaqz ob id oſtẽtauit
quaſſis et luxis ſimillima:plumbo tamẽ in
vſum præſentem picturata. Lamentabatur
ſingultim a ſpiritu ſe: ꝙ iuſſa non reuelaſſet
duriter obiurgatũ. Spectare iuſſit : qualia
ſibi ſpiritus ille:quiſquis fuiſſet:indicia nõ
ſine inſigni ſuo doloꝛe reliquiſſet:qui maio-
ra etiam daturus eſſet:ſi non bꝛeui ipſe obtẽ
peraret: iterũ iterumqz eum praecepiſſe ſeueri
ter:nõ taceret:ſed intrepide monita reuelaret
quod ſi non faceret duriuſcule ab eo vapula
ret. Omnes in vniuerſum:qui planctum ho
minis infœliciſſimi audiuere:quãq̃ ſub pri-
mum aſpectum commentum plane exiſti-
marent:cum ob hominis vitæ ante actæ le-

uitatem: cui numen tam propicium nō eſſet vt talia ſibi vni vellet reuelata: extantibus ĩ loco multis vitæ eximiæ viris: tum ob verba: q̄ per imprudentiam titubans ſæpe variabat: ſubdubitabant tamē propter eius in re tam ardua pertinaciam: qui nec precibus vllis: nec minis ab inceepto abſterreri poſſet: parumq; conſtabat: verane an falſa diceret. Si tamen ita deo placitum: vellent experiri finez. Primæ igitur inter eos claſſis Præpoſitus Suerinæus optimates omnes ordinis eccleſiaſtici in vicinia edicto accerſit. Orat ad hæc et haud grauate a pr̄icipibus exorat vt e purpuratis eorum iudices aliquot non pedanei: ſ; honorarij ac prouinciales: rerum gnari: adeſſent: quo factum diligētiſſime pēſicularetur: diemq; miſero reo dicit. Qui die præſtituto cū infœliciſſimo ipſo homine in aream progredientes locum q̄ritant. Vbi vero nihil talium primo aditu inueniunt: ductori reo rutrum in manum porrigunt: iubent: ſi qua condita in loco ſciret: omni amoto timore refoderet. Quæreret nunc: q̄ p ſomnum ſibi tam ſæpe apparuiſſent. Conſcius ille omnium: ſpectaculi lachrymabilis a ſe ſepulti ignarum ſe ſimulans: longa inde interiecta intercapedine locum fodit: oculis tamē limulis eo ſemper ſpectarat: vbi erat a ſe conditum. Qui aderant viri callidi: et ingenio

acuti tacite omnia ſpectantes: ſtatim de ho-
minis miſerrimi geſtu mali aliquid latita-
re ſuſpicati: culpaꝫ argumento haud dubio
in ductorem reijcientes inter ſe murmurare
cœpere tantiſꝑ: donec cæteris ſinētibus vnus
ex eis exerto a vagina pugiunculo: terraꝫ fo
diens: mox durū quid: et ſtimulo repugnās
in loco: quem reus ſæpe ſpectarat: offendit.
Qui fodiendo et eruderando pergēs apicem
lychnuchi retriti ſpectare cœpit: altiuſqꝫ dein
omnia perpurgantes: euchariſtiam ſacram
cruciatu tam inſigni deformatam: ſine nego
cio vllo maiore refodere: multo cum horrore
religioſe intuentes. Primates ſacra ne: an ꝓ
phana eſſet ignorantes: ſtupide tamen colli-
gētes: infœlici reo in ædē diuæ virginis: quæ
haud procul inde ſita eſt: ferendam commen
dant: officij cum gracia omnes comitati: ſi-
ne vlla ſolennitate maiore: in ciſtam ferream
pro tempore reponebant. Patrator ſceleris ī-
fœliciſſimus vultu pallidus: pedibus præ ti
more nutans: nec ſatis: quom quæreretur: cō
ſtanter reſpondens: ex indicijs præſentibus
iuſſus eſt in parochijs ibi diligenter obſerua
ri interim: dum ad principes de re ea referre-
tur. Quorum iuſſu cuſtodiæ publicæ māci-
patus: negligenter molliterqꝫ ſub pontifice
ſuo: cui parū de re ea curæ erat: habitus: pa-
rum abſuit: quin facinus tantum impune

euaſiſſet:nihil interea temporis confeſſus:fa
teri forte vera etiam prohibitus. Quod vbi
inclyti principes : quibus altius calamitas
ea īſedit:reſciuere:quæſtioni adhiberi iuſſus
ex vinculis in optimatum regionis præſen
tia cauſam dixit:omniaqꝫ per ordinem:vt a
ſe:ac Iudæis perfidiſſimis geſta erant : ſine
vlla longiore cunctatione referebat. Breui
poſt tempore a pontifice dioceſis:antiſtite il-
li aſſidente Caminæo:Raceburgianoqꝫ: res
in magno virorum prudentum conſeſſu: in
ter quos primæ authoritatis: litterarum di
uinarum profeſſores:iudicio ſeueriſſimo eſt
examinata. Et q̃uis omnia ita vt infœlicis
ſimus ſceleris patrator confeſſus erat:inuen
ta eſſent vera:ſuborta eſt tamē altercatio:ver
ba vltro citroqꝫ habita : alijs alia cauſanti-
bus. Stabat aliquamdiu ſententia ore eam
abſumere : quod auſurum ſe dicebat de præ
ſentibus cenſoribus vnus : ſeu : pro conſci-
entia ſua : religione cæteris melior : ſiue di-
ſciplinis et authoritate acutior. Neqꝫ enim
eum facile crediderim talia præſumpſiſſe per
inuidiā:aut inſolentiā : quæ abeſſe maxime
ab his viris debēt:qui ſūt ī præſidio militiæ
Chriſtianæ poſiti:feciſſetqꝫ omnino:ſi opina
tio eius oībus fuiſſet ſuffragijs cōprobata:
qđ ſi ꝓceſſiſſet: actũ erat de cōcurſu tã crebro:
ac ſalutari. Qđ bonũ an malũ: pro arbitrio

quiſqꝫ ſuo:in tāta præſertim ingeniorū va-
rietate iudicet. Ego interim factum fuiſſe ī-
pium:vel potius nepharium contenderim:
ne dicam ſtultū. Fiunt talia:ac numine ſinē
te:ratione plerumqꝫ occulta : voluntqꝫ eadē
extare:vt ſit miraculis fides illuſtrior. Arbi-
trij liberi temeritatē damnauerim talia au
dentis:cui ſupplicia grauiora imminēt. Per
uicit itaqꝫ erga deum optimū maximū pie
titas:et ſententia melior:q̄ vulgus pium ſa
lute ſua non putauit fraudandum. Inter om
nes conuenit:vt extaret:et baſilicæ ſolenni-
ter inferretur. Refractarij:quom palinodiā
recantaſſent:cum cæteris cœmiterium baſi-
licæ ſpectaculo eo inſigniter luſtrauere. Vis
mortalium ingens:q̄ in rē præſentē feriata
aderat:redemptorem ſuum alibi cernua: ali
bi humi fuſa adorauit:orauitqꝫ. Vbi in ædē
ſacram cum hymnis et nablis ventum: pri-
mo ī cyboriū: ita noſtrates euchariſtiæ ſacræ
ædiculā appellitāt:collocabatur:ibi erat tan
tiſper:quoad inde receptū intra pyramidē ī
propylæo baſilicæ de opere topiario fabrefa
ctā hōrificētiſſime recōditū ē. Quo in loco ad
huc manet:īde quotidie bis p̄egrinis ſpectā
dum præbetur:tempore ſemel antemeridia-
no:altero pomeridiano. Diœceſis pontifex
de preſenti multitudine ſingulis dies dona-
uit quadraginta remiſſorios. Alij quoqꝫ an

tiſtites: de more: quadragenarios ſingulos. Quicunqȝ deinceps: vel oratione: vel munere: ſpectaculo deuoti ſacro affuere: appendicē veniæ maximū haud dubie aſſequuti ſunt futuriqȝ aſſequētur omnes. Judæi ſecundū miſerꝫ ſacerdotē ditioue tota domeſticati anquiſiti: capti: et carcere mancipati: quæſtioni ob indicia q̄ extabāt: adhibiti: quom accuſatio ī eos a fidiculis Xj. Kaldas nouembres hoc eſt die diuo Seuero ſacro inſtitueretur omnes quicunqȝ rei criminis atrociſſimi erant viritim facinus haud grauate faſſi: quom diluere ipſi crimen nō poſſent: a ſacerdote patratore illud aliquādiu pergebāt: neſcio qua ratione ducti: excuſare: nec modo vllo eum prodere: pœnam inſontibus tantum deprecati. Ex carnificibus numero quinqȝ: generis virilis: reperti: qui mundi authorez tam cruciabiliter confodere. Eleazarus author ſceleris impijſſimi pœnas metuens: dū ſegniter res agitur: fuga ſibi conſulit. Cōſcij generis virilis ex numero vniuerſo comprehenſi viginti: ſuperqȝ amplius: lamiæ duæ ſponſi ſponſeqȝ matres. Princeps inclytus Magnus: prudentie ſingularis: qui ſub idē tempus: quo agūtur hæc: rerum potiebatur nuncio eo triſtiſſimo certior factus vices noſtri redemptoris vehementer indoluit: et quā ꝙ negotijs maximis: vt fere: eſſet īplicitus:

nihil tamen ſine ſe: vt principē decet æquiſſi-
mum: in re præcipue tam ardua: tentādum
vlterius cenſuit. Nec cunctandum amplius
duxit. Voluit oīa: vera ne an falſa eēnt: præ-
ſens cognoſcere: eſſe teſtis omniū etiā ocula-
tus: nedū auritus. Authores ergo rabidi ſce-
leris: ab eo interrogati: animo adhuc perti-
nace coram referebant ore ſe et manibus ſu-
is ſanguinariis in redēptorē noſtrū īmaniſſi-
ma debachatos: aſſeuerarūtqȝ ſanguinē īter
lancinandū rutilū exiliiſſe: queȝ ſuis oculis
multo cū terrore ſpectaſſent: ſuperqȝ hœc oīa
authorē mundi ſuopte numine repēte elatū
minitabundū circūuolitaſſe: terrore ſe eo cor-
reptos: qualē tota antehac vita nūꝙ̄ fuiſſēt
experti: aufugiſſe: nec potuiſſe deinceps ī euȝ
animaduertere. Qđ eñ vulgo aiūt carnifices
eos authorē etiā mūdi ī clibanum igni ſuccēſū
iniecisſe: mediis flāmis ītactū euaſiſſe ī amnē
mox eū ſubīt aquas merſiſſe: et illum flumīe
ſcđo aliquādiu fluitaſſe: ripa tādē fluuiali in-
columē extitiſſe: ea a fide laborāt: q̄ ego quidē
magis ꝓ vanis repudiauerī: q̄ꝫ ꝓ veris affir-
mare auſim: quom nulla extēt niſi vulgi cre-
duli indicia. Ita certe natura cōꝑatū ē vt ru-
mori recēti aliquid ſꝑ nouus author addat.
Quæ ſi facta eēnt: nō eēt relatum audax ea a
me litteris īuulgari: quom lōge incredibilio-
ra poſſit ille: q̄ oīa poteſt. Itaqȝ vt ad rē redea-

mus:ad vnum eoꝝ:cui:niˢ fallor:Aaroni nō
mē:magis inter cæteros cōfidentē:qui iſta tā
conſtāter commemorauit:princeps inclytus
Magnus cōuerſus. Tu quom talia videris
tibi cōtigiſſe aſſeueras:ſponte qꝫ fateris: qui
bus facillime adſtipulor:quur:īquit: nō cre-
dis religiōi noſtræ ſacroſctīſſimæ: et fidei no
ſtræ cādidatuluſ factuſ:vnda ſacra ſalutarik
ꝓlotus parē cū nobis fœlicitatē vltramūda
nā præſtolaris:Quæ vbi adpoſite et erudite
princeps:dixiſſet:nec auſcultāti adaureſcerēt
ille lingua īmodicus:credo inquit magnani
me prīceps:in deuꝫ: qui oīa poteſt :quiqꝫ oīa
creauit:eū:quē gentꝫ noſtræ pater Habraha-
mus:et deinceps Iſaacus eius natus:cæteri
qꝫ maiores noſtri:qui a religione noſtra nun
q̄ deſciuere:colēdum præceperūt. Illū credo
me hoīem voluiſſe fieri: ꝓfeſſiōe Iudæū. Qui
ſi me Chriſtianū voluiſſet:nō huic me meæ
ſectæ ſacroſctē adſciuiſſꝫ. An nō:ſi placitū illē
fuiſſꝫ:principē ego talē agerē: Genetricē nō
meā:ſed generis tā illuſtris referrē. Nec plura
effatus dētibus frendēs fidē noſtrā pariter et
fidei authorē cōtēptim valere iuſſit. O ſeruile
pecus Iudæi:genuſ mortaliū īpuriſſimū:ac
nominibus mille digniſſimi. Nec em̄ ꝓ meri
to ſatꝫ ꝙ oīs vos ætas Sabbatarios : Apel-
las:Recutitos:Verpos:Ciſtiferos: vt alia o-
mittā&:dictitarit:mortaliū oīm ſtultiſſimi:q

fato nimium ꝙ̃ creduli in vnam adeo ſectaꝫ
multa impietate corruptam iuraſtis: et adeo
eſtis ei pertinaciter addicti: vt arbitremini
perſuaderi vobis non poſſe ab eo impietatis
errore fidei vos noſtræ veri ſingulariſqꝫ dei
ſacroſanctiſſimæ: omniūqꝫ certiſſimæ: morte
noſtri redēptoris: et martyrꝝ eius ſāguine cō
firmatæ: etiaꝫ fœliciter poſſe deſtinari: quaſi
vero nō ſit ea: quā diuini vates: quos iepte ī
terpretamini: ſeculis antiquiſſimis: prædixe
rint futuram: abrogata lege veſtra: An non
agnoſcitis cæci: Chriſtum deum: quem reli-
gioſe nos colimus: eſſe ex eo numero: quē pa
ter et princeps veſtræ gentis Habrahamus
vir religioſus: et ꝓpemodum diuinus: deo-
qꝫ vero ac ſingulari gratiſſimus: quom tris
aliquando ſedens in oſtio tentorij in conual
le Mambræ cerneret: vnum adorauit. Ille
ipſe eſt qui maiores veſtros a tenero ſibi mū-
do gentem peculiarem ex omnibus mortali
bus delegit: tam clementer fouit: bonis īnu-
meris: et maximis donauit. Ille veſtros ma
iores a ſeruitute Pharaonis duriſſima ex
Aegipto duce inclyto Moſe liberauit: et per
mare rubꝝ: fluctibus ī diuerſa abeuntibus:
ſtantibus hinc inde veluti muro vndis an-
gelo ipſo medio et colūna nubis int̄ hoſtes
et veſtros: ſicco vado traduxit. Hoſtem per-
ſequētem numeroſiſſimum: equitum millia

quinquaginta: peditum ducēta millia: vt Joſephus gentis veſtræ vernaculus prodidit: miſere in vndis redeuntibus ſūmerſit adeo vt ne vnus quidē cladi referende ſupereſſet. Fontem: in quem primū inciderant guſtus amariſſimi paſſus eſt ſolo virgæ: quam dux Moſes tulerat: iniectu fieri dulcem ac potabilē: durat Marathoni fonti nomē: Aquas e petra Sinai dedit. Et quom ſtatiua inter Helim et Sinaum haberēt: lociqȝ natura cōmeatus ī vaſta ea ſolitudine deeſſet: et iā omnis ſpes vitæ abiecta: coturnicū vim maximā ſubito turbine in tentoria miſit: quæ veluti volatu longiſſimo feſſæ ſeſe eſuriētibus vltro capiendas præbuere. Sub lucē poſtridie ita vt Moſes prædixerat: rore cœlitus repente miſſo omnē circa caſtra planiciē compleuit: qui in memoriā Syrius: ita eū: vt cæteros taceamus: Celſus Cornelius appellat: eccleſiaſtici: hebraica imitantes ex ambigentiū diſquiſitiōe: mannā: qua ſubacta panes pinſebāt tortiles eſculētiſſimos: quos quom vt cibariū nimis frequens auerſarētur et carnes poſcerent coturnicibus iterū menſe integro: ſexcenta tunc peditū millia erāt: pauit tanta auicularū earum copia vt qui parū: decē choros cœperit. Licuiſſet maioribus veſtris: ſi nō murmuris pleni ab ātiquo pietatis cultu detorſiſſent: et numen hoc ſanctiſſi-

mum leſiſſet:in terrā Paleſtinā fatalē:lacteet
melle manantē diebus ꝯuenire q̄draginta:a
qua in eremo eos deſertatemere palātes ānis
q̄dragīta amplius diſtinuit numen iratum
Et quom virorum millia ſexcenta qui ferre
arma poterant:præter inermem cæterā mul
titudinē īmenſam:ex Aegipto cōmigraſſent
nulli tamen de toto illo examine Syrio ī eā
præterq̄ Calepho et Joſue:venire licuit:ac ne
ipſi quidē Moſi:ductori:et prophetæ ſūmo:
qui tantū eam de monte edito ſpectauit. Tā
dem enim in Abari monte inter Eleazarum
et Joſuen medio ximus nimbo coopertus re
pēte diſparuit. Numine hoc inoffenſo maio
res veſtri bello aduerſus hoſtes potētiſſimos
ſuperiores ſemper fuere. Quoꝝ bona maxi-
ma perſtringere non putamus a præſcripto
operis noſtri alienum:vt oſtendaꝫ mortaliū
vos omniū ingratiſſimos: et errores veſtros
pandam piaculares. Nonne Habrahamus
quom ob negatuꝫ Sodomaꝝ tributum: Aſ
ſyrij:īpetu facto:Lothem ipſius ex fatre ne-
potem bello abduxiſſent trecentis tātū decē
octo āplius ex familia vniuerſa ſubito lectꝭ
hoſtē copijs maximis fiſuꝫ ad alteꝝ Jorda-
nis fōtē ſine negotio magno fudit:caſtra ho-
ſtiliū cepit:præda opima onuſtus redijt: cui ī
valle regia:qua Solymas itur vrbis tūc eius
rex:ſeu Semus Noe filius ſiue Cananaas

Noæ ex Chamo nepoſ:cognomēto certe Mal
chi Zedech:hoc ē:vt hebraica īterpretemur:rex
meuſ iuſtuſ:altiſſimi ſacerdoſ occurſās:pane
eū et vino gratulabūdus excepit. Nōne Mo
ſes gētis veſtræ dux piētiſſimus:ab Habra-
hamo ſeptimus: ī Nabatheoꝝ tractu: haud
procul Sinao monte ac Petra vrbe:quā Go
bothoen Joſephus nuncupat:aduerſus ho-
ſtez infeſtiſſimū depugnans quom maiores
veſtri omnē prope ſalutē deſperaſſent: et ipſe
Joſue pro ſe:Nauæ filio:exercitus duce cōſti
tuto ſpectator grandeuus de monte manus
cum virga in cœlū ſuſtuliſſet : Aarone dex-
terā:Hure Mariæ ſororis marito ſiniſtram
adſeruante:dextera eius acclināte ſui repul-
ſi retro abiere:ea in cœlum erecta hoſtes in fu
gaz fœdā conuerſi ſunt:multis occidione occē
ſis:quom nemo tamen ex veſtris deſyderare
tur.Quid memorē Amorreos:et regē eorum
Seonem : quē ſecundum Arnum fluuium
tempeſtate ea idem Joſue vicit:caſtris exuit
et ea omnis opulētiæ plena præter omnium
opinionē cepit.Quid Moabitaſ:et regē eoꝝ
Ogem : quē ſtaturæ portentoſæ Moſes a ſu
is interemptum ſpectauit:quom vrbes gen-
tis eius validæ quadraginta:vt alij:ſexagin
ta:captæ in deditionē venirent. Balachū Se
phoris filium Madianoꝝ regē:vt imbellez:
referre pudet : qui Balaanum Beoris fili-

um accolam Euphratis:quom ſibi diffide-
ret: ad deuouendas hoſtium copias fruſtra
popoſcit:quaſi vero votis et precibus : ac nō
enſe de belli iure decernēdum eſſet. Moſen re
feramus:qui Phineæ ductu Arachum Ma-
dianitarum regem cū regulis quattuor qui
in eius erāt fide prælio occūbentē pugna fœ-
liciſſima vicit:Eo em̄ bello puerū acpuella-
rū milliaduo et trigīta:ſexcēta ſeptuaginta
quīqz millia ouiū ī prædā abegit:boū millia
duo et ſeptuaginta:aſinoꝝ ſexaginta. Nōne
Adanitas:q̄ ab Adane vrbe : Nain alij eam
nominitant : dicti : ob victoriam de Judæ-
is recentez nimis ſibi fidentes:exercitu ſubi-
tario inſultantes idem Joſue : placato ante
numine:vicit:et incēſa eorum vrbe:et fundi-
tus deleta millia mortalium duodecim ceci
dit : regis capti ac prius proxime vrbem
ſtipiti affixi : corpus remotum ſaxorum
tumulo obruit: Nonne idem Adonyſedec-
chum Solymarum regem cum Gabaoni-
tis et regibus fœderatis quinqz:prælio apud
vrbem Macedaz cōmiſſo:fœliciter vicit: mil
libus armatorum trigīta: curruū millibus
duobus captis:Quo prælio fauēte numine
tantiſper ſol immotus ſteterat : quoad bello
dux inclytus defungeretur. Reges quīqz Ohas
ex Hebrone:Pharas ex Hieromotho:Tabe
rus ex Eglone: Jtiphius:et Lachius fuſi et

diſpalati quom fuga ſibi conſuluiſſent:et in
ſpecum ſe altiſſimaʒ demiſiſſent:ab eo reuul
ſi in cruceʒ ignominioſiſſime elati ſunt : cer-
uicibus eorum ſuperbiſſimis ſuorum ante
pedibus calcatis:Macedam vrbem cum re-
ge:et Lebnam cepit. Lachin corona cinxit :
Hiram Gazeritarum regē vicit et interemit
Dabirē vrbem cum rege occupauit: Eglonē
deleuit et Hebronē. Aſerothum vicit cū rege
quē cruci quoqꝫ morte ignominioſiſſima ex
tulit : omnē a Cade oram ad Gazam hoſtili
ter in deditioneʒ cepit. Cananæa vniuerſa ad
Galgalam vſqꝫ capta:et:vt ſemel dicā:vnus
ille dux trigīta ac vnum reges ſuperauit: ex
quo Jordanem:admota fœderis archa:ſicco
vado traiecit:inter quos:vt aliȷ̄ omittant nō
ignobiles: Jabinus et Jodabus: Aſoritarū
ille:hic Madianitarum regulus erat : quos
ad Meronis aquas cum ſuis ſtratos multa
ſtrage in Sydonem vſqꝫ victor perſequutus
eſt. Nec prætereundus Judas gentis veſtræ
fortiſſimus. Nonne is cum ſola contribuliū
manu expeditione ſubitaria Cezechinorum
regē Bezechū bello adgreſſus vicit : vinū ī ſu
aʒ poteſtatē redegit : decē millia ſuoꝝ cecidit
Quo duce victorioſiſſimo Solymas Judæ
us victor cepit:arce tm̄ excepta:quā ad Daui
dē vſqꝫ ætatē Jeſubei īuictā tenuere. Vrbes
īſuꝑ inclytas cepit:Ebroneʒ:Abiꝝ Hormā:

E

et ī tractu maritimo: Aſcalonē: Azotū: Accarō
quā tū et Gazā capi potuiſſe Joſephuſ negat
Quid Delborā mulierē fatidicā: inter Ramnā
et Betholen ſub palma reſponſa dare ſolitā:
Lapidothi indicis vxorem: quæ lecto Ba-
racho Neptalimio duce cum decem tantum
millibus Jabinum: Aſaroti regem: generis
paleſtini: cum trecentis peditum millibus:
decez equitum: ſub Syſara duce: bello petere
auſum: tributa imperantem: ad Taborum
montem adgreſſa: hoc numine adiuuante:
ſine negocio vllo magno hoſtē copioſiſſimū
ex tanta mortaliū colluuione fuga turpiſſi-
ma diſiecit. Syſara fuga elapſo ab Ahele A-
berꝰ familiæ Cyneæ vxore: in cuius ſe domū
receperat: lactis hauſtu primū mulcto: ſōno
dein altius preſſo: malleo per iacētis tpa trāſ
fixo: Jabino īſup breui poſt tpe a Baracho
medio prœlio interempto. Quid Gedeonem
Joaſi filiū Effraitā: adoleſcētē pietiſſimum
vellere nunc roſcido area ſicca: nūc ītacto area
madida: ſomnio prœter ea hoſtis certiorē a nu
mine factū: ac aīatum: qui cum decē tantum
millibus: cētum viginti hoſtium millia: vt ē
author Joſephus: vna nocte trās Jordanez
īteremit Zebino et Zarmo regibus captꝰ: cū
auri et argēti prœda maxima. Hoc numine
propicio. Sanſon ex Manue Danitano trī
buli genitus: Judæos qui annos quadra-

ginta tributum hoſtibus pēderāt: liberauit Leonē haud procul vrbe Tamna brachijs iterritus ſtrangulauit. Aſini maxilla: hoſtibus Tamnæis dedēdus: a ſuis nūero millium triū de ſpecu Etha retractus: reuictꝰ poſt terga manibus: ob vulpes: quas trecentas ſegetibus īmaturis igni caudis alligato īmiſerat: hoſtium mille: abruptꝰ repēte vinculis ſubita vi interemit. Portas Gazeas nocte abſtulit: et humero impoſitas in montis iugo qui Hebroni imminet veluti tropheum in altum ſtatuit. Nec Dalilæ fraude: a qua cæſarie dehoneſtatus: a Paleſtinis excæcatus: prohiberi potuit: quin fruticāte capillo: hoc opitulante numine: de hoſtibus die ſolenni epulantibus vltionem ſumeret: ſummotis e triclinio columnis: tribus cuz eo millibus extinctis. Hoc numine Dauid Ieſſis filius: tyrunculus adhuc: Goliadem Paleſtinoruz fortiſſimum: quom fratribus in caſtra: quæ rex Saulus inter Sochonem et Azecham habebat: cibum ferret: et gygantē fortiſſimū Iudæoꝝ prouocantem audiret: certamē cæteris detrectātibus: ipſe ſine armis: prohibēte etiaz Saulo: adgreſſus: ſola funda caput hoſtis excerebrauit: et in terram præter oīm opinionem proſtrauit: tanta victoriæ fœlicitate: vt Saulus omen hoc ſequutus millia hoſtium triginta eo prælio interemerit:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn869495224/phys_0039

ad Aſcolonis mœnia eos ꝑſequutus. Hoſtis
ſtaturæ portentoſiſſimæ interemptus omni
bus admirationi fuit: longitudine pedum:
vt Joſephus prodidit: ſeptenum quadrante
minus: vt libri ſacri: cubitorū ſenum et pal-
mi vnius: quæ denos habuit: quadrante mi
nus: pedes: cuius lorica quina ſiclorum mil-
lia: ferrum haſtæ præfixum ſiclos appen-
debat ſexcentos: Huic numini ſacroſanctiſ-
ſimo talem retuliſtis gratiam: vt quicunqꝫ
ſpectator adſit: niſi ſaxeo ſit corde non poſ-
ſit non ingemiſcere: ſi non velit illachryma-
ri. Sed eo vnde digreſſi ſumus redeamus:
princeps inclytus Magnus omnes quicun
qꝫ ex captiuorum numero inſontes reperti:
tuto cum rebus omnibus: vxoribus et libe-
ris: ſponſæ etiam ob innocentiam vita dona
ta: dimiſit: prouincia excedere iuſſit: aqua il
lis et igni perpetuo ĩterdixit. Criminis atro
ciſſimi reos ac complices generis vtriuſqꝫ:
quom a fide ſua deficere ad noſtram recuſa-
rent: et vitam quidem præſtitam voluiſſent
opinionis tamē eſſe antiquæ deſertores nol-
lent: in pyram lignorum editam coniectos
igni viuos concremari iuſſit. In quo veluti
ſupplicio ſummo: vltimo vt ait iureconſul-
tus grauiore: meritas perfidiæ ſuæ pœnas
dedere: Et res ſceleſtiſſima cæde eorum expia
ta eſt: die Veneris ante diui Simonis feſta:

Mirum: ꝗꝫ pro religione ſua animo conſtā-
ti:nec renitentes:nec muliebriter comploran
tes:inter maiorum hymnos vitam cū mor-
te cōmutarint. Nulla certe venia aut miſera-
tione digni:qui in mundi authorem tam in
fanda auſi erant. Quibus paria ætate etiaꝫ
priſca numen iratū ſæpe reddidit: quo offen
ſo res eorum ſemper retro fluxere. Et vt ab
antiquiſſimis ordiar:millia eorum multa:
qui Moſen ducem aſpernati:in Aegipto: cæ
teris demigrantibus:māſitauere: idololatri
am ſequuti:ab Artaxerxe eo qui cognomen
to Ochus: Oroſio teſte:Perſarum rege pulſi:
intra montes Caſpios:clauſtris repente poſt
terga ſubortis altitudinis tantæ:vt ſit nega
tus exitus:alimoniæ penuria ſerpētibus ad
huc:et animantibus īmundis eſurienter ve
ſci coguntur. Chore Iſaure filius:qui ī Mo
ſen criminabatur:cui ſe Dathas et Abirus ī
pie in Aaronem murmurantes iunxere egre
ferentes ſibi prælatum:quom aſſidua obtre-
ctatione ducenti quinquaginta cum eo de di
gnitate ad populum decertarent omnes cuꝫ
tota domo viuos horrendo terræ hiatu nu-
men iratum abſorbuit:et Aaronis dignita-
tem virga arida tutata ramos cum amygda
læ fructu vna nocte tulit. Samaria Simeo
nitarum princeps: Zambrim eccleſiaſtici vo
cant:ꝙ lege diuina contempta:ſpreta Moſis

hortatione:Choraniũ mulierẽ generis Ma-
diani:Cozbim vocant eccleſiaſtici : duxiſſet
Phineæ ĩmiſſo ĩ medijs cõplexibus enſe ſtrĩ-
cto obtruncatus ẽ:puella tranſſixa ſcelus pe
ſte teterrima milliũ quattuordecĩ vt:alij:mil
lium viginti quĩqꝫ rite expiatum.Achanus
ſiue Acharus Charmi filius ob regiã chlamy
dẽ auro contextã prædæ detractã:eccleſiaſtici
pallium coccineum fuiſſe cõtendunt: in me-
dio bellico tumultu adeptum: cum argenti
ſiclis trecentis:et auri lamina : quom cæteri
commilitones data fide et religione prædaꝝ
in apertum rettuliſſent:prodito ſcelere dira
execratione,extra caſtra ꝑductus:lapidibus
cum liberis et tota domo prorutus ẽ.Semꝑ
relictis legibus:quom otio lõgo et reꝝ afflu
entia a vero cultu alienarẽtur pœnas dedere
Deos Sydonios adorãtes a rege Ammoni-
taꝝ auxiliarijs Paleſtinis Jſrahelitæ om̃es
qui trãs Jordanẽ incoluere:breui victi nec añ
ſunt liberati donec reuocato priſco cultu ſub
Jepte Galaadita liberarent:qui bellũ factu
rus:ſi victor rediret:quicq̃d primũ occurreret
ſe vouerat ĩmolaturꝝ:natã chariſſimam pri-
mo occurrentẽ ſtulte ĩmolauit.Nõne Helius
minor:tẽpli ſacerdos:ꝙ in filios Oſinium et
Phineen ĩdulgẽtior eẽt ita vt ne matrõaꝝ q̃dẽ
ſacra adeuntiũ vita tuta eẽt:ad Aphecũ bello
a Paleſtinis petitus tria ſuoꝝ millia amiſit

reliquis fuga fœda elapſis. Nōne numīe hoc
aduerſo reſtaurato bello delata ex Sydone ī
caſtra arca millia iterꝝ trigīta ſuoꝝ deſydera-
uit: et filios: arcāqz inter ſpolia hoſtilia: quo
nūcio accepto ſolio excuſſus vita exceſſit: vx-
or Phinees filiū eo die enixa in ꝑtu periit:
Nōne Saulus offēſo numine ad Gelboen
mōtē a Paleſtinis victus Jonatha: Amina-
dabo: Melchio filiis: et oībus copiis extinctꝰ
ipſe ab Amalechita occiſus ē: cuius fata mōs
adhuc teſtatur ſine rore: ſine pluuia: retorri-
dus. Nōne Dauid ſcelerꝰ ſæpe pœnas dedit:
Abeſſalonē filiū ſtatura īſigni pulcherrimū
comātibus capillis galea nudatū quom ra-
mo tenaciore ſublimis pēderet a milite gre-
gario iaculo trāſſixū amiſit: millibus vigī-
ti occiſis: cæterꝰ captꝰ et diſpalatꝰ. Quom ar-
roganter ppłm recēſuiſſet et millia viroꝝ vn-
decies cētū nūeraſſz peſte īfœlici pauciſſimis
diei vnius horis ſeptuagīta hoīm millia de-
ſyderauit Nōne ſub Heliachimo rege Nabu-
chodonoſor: fœdere nupero rupto: oēz iuuen-
tutꝰ florē a Solymis abduxit: regē cepit et ī-
miſſis militibus interemit: corpus extra mu-
ros īſepultū abiecit: mortaliū millia trigīta
Babylonē abduxit: Nōne ſub Nabuchodo-
noſore īferiore ſinēte numine Sedechias ca-
ptus et Babylonē perductus: luminibus ē
priuatus: exilio ibi ꝑpetuo dānatus Puerī

regij forma elegantiores facti enuchi id quod centeſimo ante anno Aeſaias predixerat:inter quos Sydrachuſus. Miſachus. Abdenago ita eñ ſua lĩgua rex appellitauit eos:q̃ Ananias: Miſael: Azarias : lingua gentili:qui quom ſtatuam Beli ex auro cubitorũ ſexagenum adorare nollent:cum cœteris idololatris ad tubæ et ſymphoniæ concentũ vocati Vincti regis iuſſu ĩ fornacẽ precipitati hymnũ ĩ medio camino illeſi : cecinere deo ſeruatori. Quid Danielem: Ezechielem: Mardochæum et ſororem eius Heſterem:quã tamen captam repudiata regina Vaſti vxorem adſciuit Perſaꝝ rex potẽtiſſimus Artaxerxes cognomento Mennon:quem Aſuerum hebrei appellitant. Quibus omnibus grauiora:quæ ſub Tito paſſi:qui Solymas caput gentis obſidione cinxit:tanta fame: vt matres ꝓprios liberos edere cõpulſæ ſint: et tali clade:vna porta cẽtũ quĩdecĩ millia cadaueꝝ elata Vrbẽ cepit et ſolo æquauit:mortalium millibus ſexcẽtꝫ interfectꝫ: ſiue:vt Joſephus: decies cẽtum millibus: cẽtum millibus captis et pecudũ more diuẽditis : agminatĩqꝫ toto orbe aſportatis. Poſt quæ tempora nullæ certæ ſedes: nullæ cæremoniæ ſtatæ:ſed ridiculæ ratione nõ minus inepta q̃ impudẽti cõfictæ:leges: relicto penthateucho nomothetæ Moſis:noue:ſub doctoribus ne dicaꝫ

Restaurierungswerkstatt

der Universitätsbibliothek Greifswald

Instandsetzungsschein

Nr [illegible]

Befund: Mechanische- und Wasserschäden, [illegible], kein Einband vorhanden.

[illegible]

Greifswald, den [illegible]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn869495224/phys_0045

# Restaurierungswerkstatt
# der Universitätsbibliothek Greifswald

## Instandsetzungsschein

Mk 12246

**Zustand:** Mechanische- und Wasserschäden, allgemeine Verschmutzung, kein Einband vorhanden.

**Behandlung:** Nummeriert, trocken gereinigt siedende Bäder, Kaliumpermanganat- und Natriumhydrogensulfitbäder, Blätter mit Zellin gefestigt, fehlende Stellen ergänzt, nach Seitenzahlen sortiert, geheftet, Pergamenteinband angefertigt.

Günter Rasch

Greifswald, den 20.02.1980

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn869495224/phys_0047

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn869495224/phys_0048

regij for [illegible] ores facti eunuchi id quod
centeſim [illegible] Aeſaias predixerat: int
quos S [illegible] . Miſachus. Abdenago
ita eũ ſ [illegible] appellitauit eos: q̃ Ana
nias: A [illegible] rias: lingua gentili: qui
quom ſ [illegible] i ex auro cubitorũ ſexa-
genum [illegible] lent: cum cæteris idolola
tris ad [illegible] phoniæ concentũ vocati
Vincti [illegible] fornacẽ precipitati hym
nũ ĩ me [illegible] illeſi: cecinere deo ſerua-
tori. Q [illegible] m: Ezechielem: Mardo-
chæum [illegible] us Heſterem: quã tamen
captam [illegible] regina Vaſti vxorem ad
ſciuit P [illegible] otẽtiſſimus Artaxerxes
cognom [illegible] non: quem Aſuerum he-
brei ap [illegible] uibus omnibus grauio
ra: quæ [illegible] aſſi: qui Solymas caput
gentis [illegible] nxit: tanta fame: vt ma-
tres p [illegible] edere cõpulſæ ſint: et tali
clade: v [illegible] ũ quĩdecĩ millia cadauerꝝ
elata L [illegible] ſolo æquauit: mortalium
millib [illegible] ffectꝭ: ſiue: vt Joſephus:
decies [illegible] bus: cẽtum millibus ca-
ptis et [illegible] e diuẽditis: agminatiqꝫ
toto or [illegible] s. Poſt quæ tempora nul
læ certæ [illegible] re cæremoniæ ſtatæ: ſed ri-
diculæ [illegible] minus inepta q̃ꝫ impudẽ-
ti cõfic [illegible] icto penthateucho nomo-
thetæ [illegible] e: ſub doctoribus ne dicaꝫ

[illegible] adhuc deſiderant